

quæ in testamentis parentum dicta sunt. Deinde per textum clariorem in d. Nouell. 1. 15. ubi dicitur traditur, quod parentes in sua legitima etiam expresse hæredes sint instituendi: atque ita legitima eis titulo institutionis sit relinquenda, ut parentes à testamentorum iniuria liberi reddantur. Præterea rationem, quod filii legitima titulo institutionis relinquenda legitima titulo institutionis Et hanc opin. contra Bart. esse communem attestatur. Anto. de But. consil. 15. num. 2. Alex. in l. 1. post nu. 4. de bonor. possess. sec. tabulas. Dec. in d. l. 1. num. 8. C. de bonor. possess. secund. tabul. 1. in d. Auth. nouissima. nam. 37. ubi dicit, quod in hac opin. Bart. est solus, & miratus, quod ex tam frequent. caterua Legistarum, & Canonis. Bart. nullum amicum inuenit, qui tenuerit cum eod. Gulielm. de Bened. in 1. part. repet. c. Raynutius, fol. 206. num. 249. & seq. Bertrand. consil. 34. num. 6. & 7. lib. 1. in 2. parte, & consil. 43. post num. 1. lib. 3. in 2. parte. Socin. iunior. consil. 64. num. 1. lib. 2. Ioan. Dilect. de arte testandi, tit. 3. caut. 1. num. 1. pro qua faci. text. in d. §. aliud quoque, dum vult ea, quæ in filiis constituta sunt, etiam in parentibus locum habere: & in practica nefas esset consulendo, aut iudicando ab hac opin. recedere.

9 Sed pone, quod in ciuitate ad sit statutum, loquens de legitima, & aliter circa ipsam disponens, quam sit à iure communi dispositum: nunquid etiam huiusmodi legitima, ita alterata, erit titulo institutionis relinquenda? Resp. Bald. in l. maximum vitium, post num. 15. C. de liber. pr. aterit. tēnuit, quod non. Sed illud dicit Baldi communiter reprehenditur, ut dicit Claud. in d. l. inter cetera, num. 18. Po. lit. in repet. l. filium quem habentem. nu. 154. C. famil. her. c. is. Non enim est ita de faci-

21 115. cap. 3. & seq. Quod autē mutatum non est, stare nō prohibetur. l. præcipimus. 32. §. ultim. C. de appellat. & l. fancimus. C. de testam. Atq; ita in terminis tradit Salic. in d. l. fratres. 27. nu. 8. C. de inoff. testam. Donell. lib. 6. cōment. de iure ciuil. c. 15. in med. §. postremo ut sit uir honestus, & las. conf. 71. num. 7. & seq. uol. 1. & in d. Auth. nouissima. C. de inoffic. testam. nu. 35. ad d. l. 1. ff. de iure iur. nu. 180. sub fine. hosque laudans Berlichius d. conclus. 15. nu. 70. Illamque rem explicatius tractauimus ad d. §. ultim. Institur. de inoffic. testam. num. 25. & seqq. Harprec.

22 n Pone, quod in ciuitate ad sit statutum.] Quod ¶ legitima per statutum aucta, itidem est relinquenda titulo institutionis, ultra Clarum hic nostrum, affirmant Imola in l. si uero, 64. §. de uiro. 9. ff. solut. matrim. Rodericus Soarez in d. repet. l. quoniã 32. C. de inoffic. testam. Fernand. Vasq. de success. creat. §. 20. num. 240. & Michael Grassius prædicto §. testa. quæst. 35. nu. 7. Harprec.

o Sed nunquid tota, & integra legitima est de necessitate filio relinquenda, titulo institutionis? Respon. quod nō, sed sufficit, quod aliqua res, quæcumque illa sit, relinquatur titulo institutionis: satis enim est, quod in aliqua re, vel minima, filius sit honoratus illo titulo institutionis, & in hoc nemo dubitat.

10 Quid vero, si pater in testamento dicat, relinquo filio meo centum, nunquid censetur relictum iure institutionis, ita ut testamentum sustineatur? Resp. quod non. Et ita magis communiter tenetur, ut dicit Alexand. in l. humanitatis, post num. 2. vers. & pro ista. C. de impub. Nam verbum, Relinquo, adiectum certæ rei, nunquam trahitur ad institutionem, ut dixi infra, lib. 7.

11 Sed quid si dicat, relinquo centum pro legitima, vel pro Falcidia, non tamen dicat titulo institutionis, nunquid hoc sufficit? Respon. in hoc articulo fuit aliquando controuersia inter DD. nam Bart. in Auth. vnde si parens, num. 2. C. de inoffic. test. tenet, quod sufficit. Et hanc opinionem dicit esse communem Alexand. in d. l. humanitatis, num. 2. Dec. in d. l. humanitatis, num. 4. quem refert Boer. decis. 267. col. 2. Hanc etiam opin. quod scilicet sufficit pro titulo institutionis, si testator dicat, Relinquo centum filio meo pro legitima, vel pro parte sua, dicit esse magis communem Alex. nutius, Marsil. in suo notab. 159. & Corneus in l. humanitatis. 9. C. de impuber. & al. substitutionibus. Verū contrariū, ultra Bartolū, & Clarū nostrū, defendunt Baldus, Fulgosius, Castrensis, & Francisc. Aretin. in d. Auth. inde & si parens. C. de inoffic. testam. Cuman. in l. his verbis. 48. de hæredib. institutend. Romanus in d. l. nam quod 14. §. non omnis. ff. ad SC. Trebell. & conf. 70. lib. 2. Co. uar. in c. Raynutius. 16. §. 1. nu. 6. de test. hosq; recitat Fachineus lib. 4. cōrouerf. iur. c. 25. Angel. Perusin. in Auth. vnde & si parens. in princ. C. de inoffic. testam. Ioan. ab Imola, & Andr. Barbat. in d. c. Raynutius, Marsil. in suo notab. 159. & Corneus in l. humanitatis. 9. C. de impuber. & al. substitutionibus. Verū contrariū, ultra Bartolū, & Clarū nostrū, defendunt Baldus, Fulgosius, Castrensis, & Francisc. Aretin. in d. Auth. inde & si parens. C. de inoffic. testam. Cuman. in l. his verbis. 48. de hæredib. institutend. Romanus in d. l. nam quod 14. §. non omnis. ff. ad SC. Trebell. Vasq. de success. creat. §. 20. nu. 254. Franc. Mantic. de coniect. vltim. vol. lib. 4. tit. 3. nu. 22. Pifō d. lib. 3. c. 8. nu. 11. & Grassius d. §. testam. quæst. 35. nu. 14. & seqq. idque fufius exposuimus ad d. §. ult. Institur. de inoffic. testam. nu. 11. & subseqq. Harprec.

q Et hanc opinionē.] Istius sententiæ asseriores laudare potes, Corn. conf. 298. nu. 10. & seq. lib. 1. Alex. conf. 50. uol. 7. Capr. c. Rayn. de testam. nu. 6. Vasq. Auth. nouissima nu. 254. Gouean. Relin-

Relinquo filie meæ centum pro dote. ] Adde ¶ videndum Michaelē Grassium lib. 1. recep. sent. §. institutio q. 14. nu. 9. & d. §. testamentum, q. 35. n. 18. & Thadeum Pifonem d. cap. 8. num. 15. nec non Berlichium d. par. 3. conclus. 15. num. 51. & seqq. Harprec.

¶ Dicitur sapientis. ] Obiter hic scias, quod error commissus à notario propter consilium sapientis, cui notarius submissus erat in consistentibus iniure, non imputatur notario, non imputatur notario, etiam si falsum commiserit. Vide per Felin. in cap. ex litteris. col. 5. vers. 6. declaratio de fide instr. Sapiens autem an, & quando possit addere, & supplere, & declarare: vide per Cephal. consilio 28. vbi plene. Giach.

¶ Quod volebat testamentum suum extendi dictamine sapientis. ] Hac ¶ de re, præter Doctores hic relatos, vide Cassan. in consuetud. Burgund. titu. de successibus rubric. 7. §. 3. verb. par droict. vers. item pone. nume. 5. Fernandam Vasq. de success. creat. §. 20. num. 258. Pifonem d. c. §. num. 9. Ludouicum Zunthum in cōfil. pro vxore. nume. 549. & Grassium d. §. testam. quæst. 35. nume. 19. Harprec.

299. num. 275. prout illum refert Apostil. ad Alex. consil.

17. post num. 20. lib. 3. Sed reuera Gulielm. ibi (quod viderim) hoc non dicit: quinimò videtur sentire contrarium, dum ait, quod hæc limitatio procedit de equitate canonica, quod forte non seruaretur in terris Imperij. Bene dicit, quod secundum hanc opinionem semper consuluerunt Doctores Tholosani, & sæpe iudicauit suprema Parlamenti curia Tholosana. Ego vero non negauerim, quin ista opinio de iure stricto aliquam patiatur difficultatem, prout etiam multi Doctores contrarium in specie tenuerunt: sed fauore testamenti, vbi res ad hunc solum punctum reduceretur, vti que inclinarem in hanc sententiam, maxime si esset iudicandum secundum equitatem, sola facti veritate inspecta.

13 Præterea quæro, Pone, pater relinquit testamento filio suo centum, deinde adiecit clausulam, quod nihil ultra petere posset, nunquid eo casu censetur relictum titulo institutionis? Respon. Bald. in l. si adulta, nu. 2. C. de hæred. actio. tenet, quod sic: Sed in hoc reprehenditur communiter per Doctores, ut dicit Claudius in d. l. inter cetera, nu. 22. Nam ex huiusmodi verbis, quæ apposta sunt, ut restringant dispositionem, non debet ipsa dispositio ampliari, ut scilicet subintelligatur titulus institutionis, qui a testatore expressus non fuit.

14 Vterius quæro, quid si testator in testamento dixerit, quod ¶ volebat testamentum suum extendi dictamine sapientis: nunquid poterit sapiens cuius dictamine extendendum est testamentum, apponere, relictum factum filijs, illa verba, Iure, aut titulo institutionis? Respon. Bart. in l. ista institutionis, nu. 2. & 3. ff. de hæred. instit. tenuit, quod non: & dicit Claud. in d. l. inter cetera, nu. 26. in fine: quod cum sequuntur communiter Doctores. Contrarium tamen, scilicet quod imo possit, & debeat sapiens addere illa verba, Iure institutionis, tenet Bald. in d. l. illa institutio, post num. 1. vers. in ead. gloss. statuti. Et hanc opin. dicit esse communem Socin. iun. consil. 143. num. 14. lib. 1. Et ita fit de facto, ut ait estatur Ioan. Andr. in addit. ad Specul. in titul. de instru. edit. §. postremo, sub num. 13. quem refert Imol. in d. c. Raynutius post nu. 55. Socin. iun. consil. 124. num. 48. lib. 1. Et hæc opin. tanquam magis communis, & consuetudine etiam roborata, tenenda est in practica, ut quantum possibile est, defunctorum voluntatibus faueamus. Et hæc omnia nota, quia quotidie in facto contingunt.

QVÆSTIO XXXIX.

Ex Additionibus.

SVMARIA. Ex Claro.

- 1 Filius in potestate an possit institui sub conditione potestativa.
- 2 An sub conditione casuali, vel mixta.
- 3 Quid in nepote, qui tenet primum gradum.
- 4 An hæc locum habeant iure hodierno.

- 1 Condicio quid sit, & quotuplex.
- 2 Condicio possibilis quid.
- 3 Impossibilis que dicatur.
- 4 Possibilis condicio quotuplex.
- 5 Extranens sub quavis conditione possibili hæres institui potest: filius familias non item: huiusque ratio.
- 6 Testamentum, in quo filius est institutus sub conditione casuali, vel mixta, nec in defectum eius ex hæredatus, an & quatenus valeat, remissive.

